

SYNECDOCHE. Numerus finitus frequens poëtis pro infinito. Id vero peculiare, quod annotavit Sylvius: cum magnum quendam dicis numerum incertum, in soluta oratione dicas, sexcenta: in versu mille; ut. Gaudia mille feres, me si laudabis amicum. Sexcentos amicitiae nostrae testes literas ultro citroq; remisimus.

DE NOTATIONE NUMERORUM DIGITALI.

Notatio digitalis est, quae per digitorum motus varios numerorum significationes explicat. Hanc Beda presbyter vocat computum & loquelam digitorum. Buteo manualementem modum numerandi. Quidam etiam Graeco nomine chironomiam.

DIVISIO. Numerorum alius est digitus, alius articulus, alius compositus. Digni sedem in inferioribus tribus digitis habent. Articuli conjunctim, in indice & pollice. Compositi & hos & illos, prout usui venit aut explicant, aut inflectunt socialiter. Rursus leva manus omnia indicat puncta ab unitate usq; novem & nonaginta:

C 5 dextra